



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 120. Hieronymi Pamphili Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

cum IV. Galliarum Regem, cuius be- Sæc. XVII,  
nevolentia, ac potius meritorum suf- A.C. 1610.  
fragio Cardinalium Collegio a Clemente  
VIII. anno Christi millesimo sexente-  
simo quarto cooptatus est: cum autem  
hoc Pontifice paulopost fatis functo Bu-  
falus præter purpuram nihil, unde pro-  
dignitate viveret, obtinuisse, Paulo V.  
Successori suam inopiam exponens, ab  
eo hoc inexpectatum tulit responsum:  
*Sumptus adæqua censui*, inde vero con-  
cepto animi mœrore paulatim conta-  
buit, ac demum die vigesima nona Mar-  
tii Romæ decessit, sepultus in suæ stir-  
pis Sacello ad S. Mariam in Vico.

## §. CXX.

*Hieronymi Pamphili Cardinalis  
extrema.*

**H**unc paulopost fato naturæ & for- *Ciacon. l.c.*  
tunæ ferme pari sequebatur *Amyden. in*  
ronymus Pamphilus, nobilis Romanus, *vita Card.*  
Innocentii X. Patruus, qui Sanctum  
Philippum Nerium Christianæ pietatis  
Magistrum faustissima sorte assecutus, in  
virtutum studio adoleverat, ac sacra-  
tioribus literis, præcipue vero jurispru-  
dentiae deditus tantum fecerat progres-  
sum, ut Gregorio XIII. regnante Ro-  
manæ Rotæ Auditor in dijudicandis  
causis præclara scientiæ & integritatis

Mm 4 spe-

Sæc. XVII. specimina ederet; his vero aliisque ob-  
A. C. 1610. sequiis applausum tulit, præmium ta-  
men sperare haud valuit, eo quod domum Petri Aldobrandini, qui Clemens VIII. Nepos erat, obsequiose non  
frequentasset; utpote non Aulæ obsequio, sed impositi sui muneric debito intentus: Ne ergo hic Pontifex Vi-  
rum suo Nepoti vix cognitum purpu-  
ra decorare videretur, ipsem et conscientiæ stimulo adactus Aldobrandino  
Author exstitit, ut Pamphilum aliquoties accerseret, quo facto illum Clemens Papa eodem anno, quo Busalum, Car-  
dinalem Presbyterum, Paulus autem Quintus Urbis Vicarium creabat. Obiit  
autem Hieronymus Romæ die unde-  
cima Augusti, in æde Virginis Valli-  
cellanæ sepultus, cui etiam Ecclesiæ,  
quicquid pretiosum in suo Sacello ha-  
buerat, testamenti tabulis reliquerat.

## §. CXXI.

*Decreta Synodi Diaœcesanæ Me-  
tensis.*

*Contil.  
Germ. t. 8.*

Hoc item anno Annas Descars Ca-  
dinalis de Giury nuncupatus Me-  
tensis Episcopus, ut Catholicæ fidei  
veritates pristino restitueret splendori,  
die vigesima prima Aprilis Metis Sy-  
nodum Diaœcesanam celebrabat, tri-  
ginta